F. Ott. Rinuccini 18

10c.

S. Gregorio Nazianz.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

5

6,1

Bibliothek der Universität Konstanz

non mihi iusus sum omnino inepte facturum, si ibi paulo longior fuissem in ueniae obtinenda, ubi uerbosi fuerunt aliqui in astruendo mendacio.

Ad Octauianum Fregosium Genuæ ducem.

Cum diu antea statuissem, nihil omnino laboris summi à nobis deberi, in conuertendis græcis autoribus, idipsum ad hanc diem à me constantissime obseruatum, non molestè ferebam. Non quod optima essent ea quæ græci autores scripserunt, in omni disciplinarum genere, non putarem, aut quod ea inuidenda essent ducerem his qui græcè nescirent, sed quod duplici potissimum causa ab eo opere deterrerer, altera, quod sentirem paucis omnino accidisse, uti in eo negocio pertractando, doctorum iudicio commendarentur, tanquam qui fidelem simul scholasticæ exti-tissent. Cumque ex eis pleriqui et excellenti ingenio, et exquisitissima eruditione fuissent, nihil poterant, præter mirabilem quandam difficultatem, cuius rei causam esse opinarer. Altera, quod complures hac tempestate, morosiores in eo genere iudicando quam par sit, non uerba tantum sed, pene dixerim, syllabas et obseruant, in his quæ ex græco conuersa sunt, publicis etiam scriptis testati sunt. quod genus hominum Hieronymus elegantèr κακοζήλους appellat. Enimuero cum mihi opera quædam Gregorij Nazanzeni dono dedisses, dixissesq; fore ut à te etiam intelligi possent, nisi desyderio tuo in ea re deesset uoluntas mea, non ingratum me modo et beneficiorum tuorum immemorem, sed impium etiam et, ut ita dicam, maximum conterminatum scelere habendum esse duxi, nisi diuturna illam deliberationem penitus abiecissem, præposuissemque et rei difficultati et periculo meo, desyderium tuum. Ne tamen, quoad nostrum fieri posset, non omnino id commodè facerem, eum mihi potissimum imitandum proposui, quem et uelle imitari summi iudicij, et posse, summa sentientia esse maiores opinati sunt. Quemque ex omnibus in eo genere elegisse et scribit Hieronymus quem potissimum imitantur. Hic nempe M. Tullius est, qui, in libris de finibus, uerbis uertendo interpretando damnat, quod putent sibi necessitatem impositam uerbum ex uerbo transferendi. Et quamquam scribit omnino meo more. Vt et Xenophontis οἰκονομικὸν, quem à se adhuc puero conuersum scribit, et Platonis Gorgiam, et Demosthenis Æschinisque

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

pro corona orationŏ temporum iniquitatē amiserimus Qui tamen paulo diligentius in eius lectione uersatus fuerit plura inueniet ab eo ex Platonē conuersa, quibus intelligerē poterit id quod ſt facturum receperat Ciceronem egregiē praestitisse ut ſcilicet figuras graecorū ad nostram consuetudinem aptaret, quasq; acceperit a graecis sententias ſpectis omnino uerbis suis faceret. Accedit praeterea locupletissimū Hieronymi testimonium qui penē ante oculos nobis proponit libertatem illam qua ſt in conuertendo usum esse Cicero etiam ipse testatur. Quaedam praeterea apud Columellam citata leginus ex eo quem diximus Oeconomico Xenophontis. Cum igitur iam mihi integrum nō esset munus hoc defugerē, hunc praecipuē imitandum duxi, non quod eius, aut elegantiam in dicendo, aut ingenium in explicando aliqua ex parte mē assecuturum essē ſperarem, ſed quod mihi ſto illo exemplari ante oculos posito, futurū putabā ut minus saltem a nobis, quam alias factum fuisset, in tanto operē peccaretur. Primumq; celebrem illam apud graecos concionem Nazanzeni, de pauperibus delegendis, latinā feci. quā et artificio et eloquentia a graecis qui Rhetorica tractarunt summopere est commendata. Deinde operam ut cum nihil ex ſensibus imutaretur, cursus tamen et impetus ipse ut ita dicam orationis dispositē pro libito meo uerbis, non omnino pericl. ſtaquē et amplificationē, et circumlocutionibus et uerborū interdū exaggerationē sic usus ſum: ut nihilominus qui diligenter haec legerint, nihil ex Gregorio possint desyderare, cū nec cursum quippiam a mē adiectum asserere possint. Si qui uero iudicium hoc nostrum minus probaturi ſunt, ſciant mē nihil eos impedire quominus in illis quē ipsi interpretabuntur proprio iudicio liberē possint uti, mihi autem rationem hanc conuertendi prē ceteris omnibus placuisse. Miror uero summopere quod cum adeo multa ex graecis latina habeamus, nullus hactenus extiterit qui doctissimi huius uiri nec minus eloquentia quam pietatē admirandi opus aliquod conuertere tentarit. Nam pauca quae Rufinus Aquileiensis conatus ſt interpretari, eius generis omnino ſunt, ut uerissimē a Hieronymo dictum ſit, Nazanzenū a Rufino ex eloquentissimo infantissimum factum, cum praeterea fides in eo ſummopere desyderetur. Imitatus ſt uero Gregorius, ut Hieronymus ait, forma ipsa dicendi Polemonem Laodicenum qui fuit Aristidis Sophistē praeceptor. Quare magis abundans quam pressus, ubertatē illa asiatica plerunq; redundat. Habita uero haec oratio est in Caesarea Cappadociae

cum Magnus adesset Basilius eius ciuitatis Episcopus, dedit enim hoc et pietati qua pauperes omnes prosequebatur, et eidem Basilio quem unice diligebat, qui primus etiam domos publicas instituit in quibus pauperes qui morbo aliquo laborarent, diligenter curarentur. Porro quemnam ille sacrum morbum appellet, de quo plura in hac oratione uerba facit, nondum satis intelligere potui, non quod non sciam eum qui apud Graecos ἐπιληπτίας apud latinos uero comitialis nomine appellatur designatur, ἱερὰν νόσον ab illis à nostris autem sacrum morbum appellari, ea de causa ut Aristoteles in quodam problemate ait, quod Herculis eo laborant διὸ καὶ ἀφοσιοῦνται τὸν ἐπιληπτικὸν ἀπὸ τοῦ προσαγορευομένου οἱ ἀρχαῖοι ἱερὰν νόσον. Sed nequaquam in eum modum comitiali morbo afficiuntur corpora, quo hic noster pauperum illorum affecta fuisse scribit, ut silicet et membrorum simulatos et carnes ipse deuorarentur. Uim tamen illam morbi considerans, quam hic egregie describit, et cui aequalem nec nusquam legere memini, in eam ueri sententiam ut mihi persuaderem, ob morbibilem uehementiam horum pauperum morbum sacrum appellatum fuisse. Nam fere omnia quae magna essent antiqui appellabant sacra. sic ut hominis constitutionem os cateris maius ἱερὸν ὀστοῦν apud medicos, dicitur. Quaderet Plutarchus ait in opere quod inscribitur τὸ ἱερὰ τῶν ζώων φρονιμότερα τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα. Sic ait. τὸ δὲ τοῦ ἀνθίου βαρυαθὲς ἁλόντες, ὃν ὄμπρος ἱερὸν ἰχθὺν ἐκάλεσεν, καὶ οἱ μέγαν τινὲς ὀϊστὸν τὸν ἱερόν, καθάπερ ὀστοῦν ἱερὸν τὸ μέγα, καὶ τὴν ἐπιληψίαν μεγάλην νόσον οὖσαν, ἱερὰν καλοῦσιν. Porro de Anthia pisce quem et Homerus et Aristoteles sacrum, et complurimis aliis qui id cognomen sortiti erant, plurima Athenaeus in septimo Dipnosophiston. Hunc uero eloquentissimum apud graecos autorem, latine uix balbutientem audiamus.

Gregorij Nazanzeni oratio de Pauperibus diligendis. in Caesarea ~~Pato~~ Cappadociae habita

Uiri fratres, et quimecum pauperem uitam agitis (quamuis enim alius alium excellere uideat inclientibus ipsos parua mensura, omnes tamen aeque pauperes sumus, et diuina gratia egeni) Accipite sermonem de amore pauperibus, non pauperem quidem sed opulenter, abunde ansa
ut parto regno diuites efficiamini. Mecum autem orate ut hunc uobis impertiam, et animos uestros sermone nutriens esurientibus spiritalem conteram panem, aut ex coelo cibum pluere faciens et ut antiquus ille Moses angelorum cibum suppeditans, uel certe in

solutudinē multa milia panis paucis panibus usq; ad saturitatem pascens, ut posteris uerus illē panis et uerā uitæ causa Jesus Christus. Et miraculo non admodum facile est, cum tantus sit uirtutum numerus, cæteris excellentiorem inuenire, inuentæque pro dignitatē honorē et insignia constituere. Quemadmodum nec in uernantibus et undiquē redolentibus pratis, pulcherrimum omnium odoratissimumque florem, dum alios deinceps aliis odoratum uisumq; ad sē trahit, et ut præ cæteris decerpatur inuitat. Bonæ sunt Fides. Spes. Charitas. tria ista. Et fidei quidem testem habemus Abraham, iustificatum ex fide. Spei Enos qui primus sperauit inuocare dominum, Justosque omnes, qui uarias calamitates sperando sola muniti perpessi sunt. Dilectionis porro diuinū apostolū qui aduersus sē ipsum nescio quid ausus est imprecari, ob fratris salutem. Et deus ipse qui dilectio appellatur. Bona est hospitalitas. huius rei inter iustos testis est Loth. Sodomitis quidem sed non moribus Sodomitis. Inter peccatrices uero Raab meretrix quidem, sed non proposito meretrix. Quippe quæ ob hospitalitatem laudem et salutem meruerit. Bonus est fraternus amor. Testis Jesus, qui non modo fratrem sē appellari sed et pro fratribus patri mortem haudquaq; molestē tulit. Bona humanitas testis idem ipse Jesus, nec ea tantum de causa quod hominem fecit, pulcriq; propriam coniunxit imaginem, quæ nos ad optima quæq; deducens, summis celestibusque conciliaret, sed præcipue quod ipsemet nostri gratia factus est homo. Bona patientia, idem tercio et sæpius testis, qui non solum aduersus eos qui in sē insurrexerant, opprimebantq; uiolenter, legiones angelorum non euocauit, Petrumq; obiurgauit educentem gladium, sed insuper aurem uulnerato restituit. Fecit et quippiam postea simile discipulus Christi Stephanus, dum pro his qui sē lapidabant deum rogauit. Bona mansuetudo, huius rei Moses et David nō modo testes fuere, sed et ipsis præ cæteris mansuetudinis testimonium redditum est. Illorumque præceptor, non contentiose agens, neque clamans aut reluctans, cum pertraheretur, nocte in plateis emittens. Bona est iusta ira, Testimoniumque reddit Phineos, qui Israelitem cum Madianitē transfixit, ut a filijs Israel improperium auerteret, et eius rei gratia nomen famāq; consecutus, quique post ipsum dixere. Æmulationē æmulatus sum dominum, et æmulor uos dei æmulatione, et Zelus domus tuæ comedit mē, quique non hoc tantum dixerunt sed reipsa passi fuere. Bona est corporis castigatio. Persuadeat hoc tibi Paulus adhuc seipsū castigans, et exemplo Israelis, ad timorē eos afficiens prouocans, qui semetipsis fidebant parcentes corpori. Et Jesus ipse ieiunans, tentatus, et eum qui sē tentauerat, constanter superans. Bonæ sunt

supplicationes et uigilias. Persuadeat hoc tibi deus ipse, uigilans antequam patretur et deprecans. Bona est castitas, bona uirginitas, Suadeat hoc tibi Paulus, qui legem de his tulit, uisteque premia posuit nuptijs et coelibatui, Et Jesus ipse genitus ex uirgine, ut honore quidem secunditatem afficeret, honore tamen preferret uirginitatem. Bona est tolerantia, persuadeat hoc tibi Dauid, qui cum ex Bethleemitico puteo uix tandem aquam obtinuisset, non bibit illam quidem, sed libauit tantum, nec proprium affectum alieno sanguine explere toleraiit. Bona est solitudo, bonum silentium docent hoc me Carmelus Helias, Joannis desertum, et Jesu mons supra quem uideo illum multoties secessisse et in silentio habitasse secum. Bona est frugalitas, hoc me Helias docet apud uiduam diuertens. Joannes pilis coopertus camelorum, petrus dipondio lupinorum pastus. Bona humilitas multaque prorsus de hac undecunq; colligi possunt exempla. pre ceteris uero ipse omnium seruator et dominus, non modo se ad formam usque serui deprimens et faciem subijciens opprobrijs consputationum et cum iniquis computatus, ille qui sceleribus mundum expurgat, sed seruili insuper more pedes abluens discipulorum. Bona est contemptio pecuniarum et nullius rei possessio. Testis Zacheus, quinimmo et Christus ipse, ille quidem ad Christi introitum fere omnia offerens, alter uero cum diuitem alloqueretur, summam perfectionis in hoc ipso positam esse dicens. Et, ut summatim de his omnibus dicam, bona est speculatio, bona et actio, illa sane hinc ad superna eleuans sese, et in sancta sanctorum penetrans, mentem animumque nostrum ad sibi cognata simulque subuehit. Altera uero Christum hospitio suscipiens et ministrans Christo, et operibus, amorem declarans ~~confessa eam quod in amore tantum quiescat, neque ad non est merita~~. Quicquid horum acceperis unica uia salutis est, ad quampiam omnino beatarum eternarumq; mansionum deducens. Quemadmodum enim unusquisque pro arbitrio, diuersam sibi uiuendi formam eligere consueuit, sic mansiones multe sunt apud deum, singulis singulis pro meritis diuisse atq; distributa. Est qui ad unam quampiam ex uirtutibus actiones suas dirigit, ad aliam alius, ad plures quidam, postremo etiam si fieri potest, aliquis ad omnes, tantum ut magno cum animo proficiscatur, ulteriora assidue expetens, eiusque insistens uestigijs qui recta deducit, per angustam forte uiam, mini-

al. dignitates

63

marq; portam, ueruntamen adeam quæ illis adiuncta est beatitudinis amplitudinē dedu-
centem. Eminere si Paulo, imo Christi ipsi, ordiē oportet, et primum maximumque
mandatoū, et tanquam legis prophetarumque caput dilectionem opinari, in ea ipsa
dilectione partem quandam inueniemus ceteraru longe optimam atq; pulcherrimam.
amorem scilicet erga pauperes et aduersus cognatum genus affectum et miserationē,
Nulla nanq; alia re æque conuenientem deo cultum exhibemus atq; miserationē. Qua-
doquidem nec aliud certe est, quod hac ipsa sit deo magis consentaneū. Quem ueri-
tas et misericordia precedere dicuntur, et cui potius quam iudicium offerenda est
miseratio. Nequē alio quouis pacto quam referenda humanitati exhibitam sibi huma-
nitatem remunerari conuenientius potest, is qui recte meminit, et in statera lanteq;
miserationem ponere uoluerit. Omnibus quidem pauperibus aperienda sunt uiscera,
quacunque de causa in eorum rerum conditionem statumque uenerint, ut ita præ-
ceptum quo iubemur gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Cumque ho-
minibus simus, tanquam in cōmuni quodam conuiuio symbolum benignitatis dare
debemus, siue ob iuuentutem ea indigeant, siue pupilli sint absque patre, seu lare pro-
prio patriaque exterris, si dominorum crudelitati, si præcepti uoluntati præpotum,
si exactorum inhumanitati, crassationi latronū, furum auiditati, bonorum publica-
tioni uel naufragio in eam fortunam inciderint. Atque enim miserandi sunt omnes
qui eo pacto nostras intuentur manus quo nos, cum quapiam re indiguerimus diui-
nas consueuimus intueri. Magis autem aduersus eos miserationē cōmoueri debemus
qui a felici rerū suarum statu deiecti in angustia positi sunt, quam in eos qui usu
morequē et uictus natura, ab ipsa infantia paupertatem ferē didicerunt. Multi
uero atque miserandi sunt atque illi qui sacro morbo sunt consumpti, quorum ad
ossa usq; et medullas (quā aduersus quosdam indignatio ē) deuorata sunt carnes.
a prauo hoc uili et infirmi corporis proditi atq; decepti. Cui quidem corpori qua ratione
Mira longaque Gensaois et Asiatica redundantia exemplum.
connexus sum non facile intelligo, nec quo pacto et imago dei sim et uili luto conuinctus atq; cōmixtus.
~~Quod si molliter delicateque habituri sicuti statim minime fit atq; rebelle, si asperē et duriter~~
Quod si simul et leges nolens, bellū minori
si oppugnetur affectu tristitia
~~morumque asperitate atque tristitia~~. Quod tanquam conseruum diligo nec fusq; aduersor uelut hostem.

tanquam umbra fugio, sed cum tamen recurro, quia una mecum futurus est bonus. affligere con-
do, sed rursus mucrio nequeo quo alio auxiliatore aliquid boni possim peragere. Nemo namque cur
talis creatus fuerim, et quod operationibus ipsis adiutricibus ad deum mihi sit ascendendum. Paro igitur
ut uolui uoperatori, nec tamen qua ratione motus rebellionemq eius comprimam mucrio, ut quo
pacto a deo non recidam, eiusmodi impedimentis grauis atq impeditus, qua me et ad humum protrahit
et depressum detinent humi. Idem namque manifestus hostis est, et amicus insidiator. O nouam et
sibimet contrariam commixtionem! Quod horreo amplector, quod amo, formido. Nondum enim
prelio hosti concilior, et nondum firmata pace desisto. Qua nam hac arca me sapientia. Quod
magnum hoc atque ineffabile secretum. ~~An propterea hoc dixerim esse factum ne a sublimitate illi~~
~~delapsi et summe diuinitatis participi ex hac dignitate elati magnos nobis spiritus, spreto condi-~~
~~tore, uoluerimus, et ne quod tene sumamus, et ut in hoc certamine et lucta, quam contendere cu corpore gerimus, ipsum~~
~~aduersus nos habemus hostem conditorem assidue intueamur.~~ Sed quia adiecta hac infirmitate maxime illius dignitatis mode-
ratrix perpetua, et ex hoc nos nosmetipsos cognoscamus, humillimos simul atque excelsissimos,
ternos atq celestes temporarios et mortales. Lucis hactenus et ignis uel tenebrarum, quo sibi-
et nobis declinare contigerit. Talis sane est hec nostra commixtio, et, mea quidem sententia,
potissimum ea de causa, ut quotienscunque propter diuinam imaginem extollimur, miseros
pulueres nos esse consyderantes intra proprios terminos cohibeamur. De his et eiusmodi
cui libitum fuerit philosophetur, quod et nos simul commodioris accepto tempore faciemus.
Hactenus quidem certe ad dicendum me impulit, quod carnem propriam propriamque
infirmitatem in alienis dolerem infirmitatibus. Cura habenda est fratris corporis, co-
gnatique corporis, quod et si a me ut hostis damnatum culpatumque est, quod affectibus
subiaceat, certe saltem propter deum qui animam illud conuinxit, uelut amicum et amplexi
dum. Hec minorem curam propinquorum genere debet unusquisque, quam sui ipsius, cum
certe ualentium, tum eorum precipue qui aliquo morbo afflictantur. Unum siquidem os
sumus in uno, duces, pauper, liber, seruus, certe ualens uel infirmus corpore. Unum nam caput est omnium, ex quo Christus est omnia. Quodque uinculum sibi membra sunt,
hoc nos alter alteri, et omnes omnibus sumus. Neque igitur uel contemptui uel
dissertui esse debent, qui in communem morbum infirmitatemque incidit, nec magis

a superioribus, ne ex eiusmodi di-
gnitate elati in sublimius, spernamus
conditorem, uoluit nos mi o quod
minime atq lucta eum assidue intueri.
et connecta nobis infirmitatem
uelut quadam disciplina ne eiusmodi
dignitatis

An ea pars dei simus, flagitemus

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

nobis gaudendum est, quod nos sospites sumus, quam de fratrum miserabili egrotatione deflendum. Sed eam demum unicam corporis animeq; nostræ seruitutem optari debemus, cum pie et humaniter infirmorum misertum nos fuerit. Sic autem libet considerare. Est in quibusdã unum tantum miserabile, quod pauperes sunt, At hoc ipsum fortasse uel tempus uel labor uel amicus uel cognatus, uel certe aliqua rerum immutatio depellere potuit. At uero inualidi corpore, de quibus nunc nobis sermo est, cum æque atque illi indigentes sint, hoc etiã magis miserandi sunt, quod cum carne simul laborandi sibique opitulandi uim facultatemq; amittere, facilusque illis assidue imminet maioris infirmitatis timor, quam spes supersit pristinæ valetudinis recuperandæ, ut unicum illud infelicitatis medicamentum, spes uideatur ipsa, parum etiam auxiliari posse iudicatur. Ad hæc paupertati iuncta infirmitas pernicies altera, et genere ipso, malorum omnium longe grauissimum et abhorrendum, et amicorum fere maledictis expositum. Accedit postremo quòd hominum pars longe maxima, tanquam inquinati et detestabiles sint, non solum ab ipsos accedere, sed nec intueri quidem eos æquo animo tolerat. Miseri uero ipso morbo grauius ferunt, quod se propter calamitatem odio sentiunt esse. Ego uero siccis oculis horum miseriam intueri nequeo, atque ipsa tantum recordatione commoueor. Quod et uobis accidere cupio ut eiusmodi lachrymis sempiternas lachrymas fugiatis. Quod plane patiscio quotquot adsunt amici Christi, amatores pauperum, et quibus quod suum proprium est deus impartitur, ut proximorum misereantur. Ipsimet testes estis, quales sit hæc infirmitas. Expositum est ante oculos uestros miserandum grauisque spectaculum, et nulli omnino credibile præter eos qui iuderunt. Hominis uiuentis simul et mortui, membrorum omnium parte absumpta, ut qui sint aut unde nemo fere sit qui cognoscat, cum ueris hominum miserabilem reliquiæ quam homines esse iudentur. Dant sane signa quibus agnosci queant, patres, matres, fratres, et loca. Is ego sum, illius filius, ea mihi mater est, tali nomine nocor. Tu mihi olim amicus eras, tu necessarius. Et propterea hæc dicunt quod nihil pristinæ figuræ superest unde queant agnosci, non opibus tantum cognatis amicisque sed fere etiam ipsis corporibus carentes. Mirumque (quod solis miseri cæteros homines accidit, ut æque sibi misereantur, seque odio habeant. Incerti magis ne quod iam ex corpore periit, an id quod reliquum superest deflcant,

Quæ horrenda illa calamitas absumpta fuerit, an quæ adhuc absumenda supersunt, cum multa illa pererint, hæc vero ut longe mostrabilius pereant sint reiecta. Et illa quidem ante sepulchra abierit, hæc vero non facile inuenietur qui sepulchro cómendet. Qui enim (quod ad cætera attinet) grassimus est atque humanissimus, aduersus hos tantum affectu omni atque sensu priuatus esse videtur. Hic nempe tantum obliuiscimur quòd caro sumus, et corpore hoc humilitatis inuoluti, tantúque absunt ut cognati generis curam habeamus, ut etiam ita demum nos ab ea calamitate tutos esse fingamus ab illis quam fieri potest longissime fugiamus. Certe complures nostrum putrido cadauere forte fetenti & casu aliquando superueniente, tolerarunt, quandoque ex corrupto corpore vrbis animalis odorem teterrimum. Sunt et qui luto se conspersos taciti tulerunt, ab his vero tam fugimus quam nobis vnus spiritusque sufficiunt. O admirandam inhumanitatem. Parum abest qui ægre feramus nos cómunem hunc aerem cú illis ducere. Quid patre germanius? Quid promptius matre ad compatiendum? Enimuero ab istis quoque exclusa est ipsa natura. Pater certe proprium filium quem genuit, quem vnicum vitæ suæ oculum se nuper habere putabat, pro quo sæpius susceptis votis deum rogauit, hunc ipsum defugit quidem, et a se tam repellit, defugit sponte, repellit coactus. At vero mater, meminit certe dolorum quos passa est. Dilaniantur eius viscera, miserans reuocatur ad filium, eique superstans iuuentem adhuc, uelut mortuum deflet. Fili, inquiens, infelix, fili miseræ matris, quem mecum acerbus hic partitur morbus, fili miserande, non amplius cognoscende fili, fili quem præruptis locis, qué montibus, quem desertis eduxi atque enutrini. Cum feris habitabis et operimentum tuum erit petra, solique hominum te vndebunt hi qui longe omnium sunt religiosissimi. Iisdé præterea quibus Iob flebilibus verbis conqueritur. Cur in vtero matris formatus es? cur ex vente prodysti? nec peristi confestim ut vnum idemque esset momentum mortis atq; natiuitatis. Cur non immaturè abisti priusquam vitæ huius gustares discrimina atque calamitates? Quid tibi contigit genibus nostris insideri, quid sugere vbera? Si futurum erat, ut adeo flebiliter iuuenis, et vtinam longe morti difficiliorem. Inter hæc fontes lachrymarum emittit. Infelix quidem cupit illum amplecti, sed horret filij carnem vt hostem acerrimum. Popularitèr vero conuicia atque insectationes fiunt, non aduersus eos qui iniuria quempiam affecerint, sed aduersus miseros atque infelices. Sunt certe

mú malentes monachos intellegit.

plurimi qui aliquando cum homicidis communem habuerunt ~~cibum~~ domum, qui adulteros nō tecti tantum sed mensæ etiam suæ fecere participes. Sacrilegos quidam in iustas communionem non uerentur assumere, suntque qui fœdus percutiant cum his qui se iniurijs afficerunt. Immoui uero hominis infirmitatem tanquam piaculum abhorminaris, ut scelus etiam et iniquitatem præferas morbo. Ipsam nempe inhumanitatem speciē libertatis amplectimur, spernimus uero tanquam turpē quippiam misericordiam, publicē ex ciuitatibus exterminantur, pelluntur ex domibus ex foro à congressibus & uiis a festis sacris pompis a conuiuijs. O miserandam infirmitatem, ab aquis denique ipsis arcentur, non enim qui ad aliorū usum fontes manant illis permittuntur esse communes, neque satis redimis fluuios non aliquid sordis ex eorum attactu contrahere. Et (quod magnopere admirandum est) quos tanquam impuros effugamus, eosdem tamen, uelut nihil triste passi sint, conuertimus ad nos ipsos. Non habitationem non cibos necessarios, non ulcerum curationi adhibentes, non uelamine aliquo (quoad nostrum fieri potest) ipsorum ulcera operientes et circumligantes, sed cruo die noctuque circumuagantes, omnium rerum indigentes, nudi atque famelici, morbos detegunt, uetera reuocant ad memoriam. obstantur communem omnium conditorem, uicissimque alter alterius membris utuntur pro his quæ amiserē. Futuros quodammodo membrorū, quibus nos prouocent ad misericordiam. Frustulum panis sibi dari petunt, uel panxillum obsonij, aut certe lacerum uetusque centunculum, quo miserabilem illam ulcerum fœditatem leuent, Postremo horrendis illis ulceribus quippiam fomenti aut medicaminis adhiberi, et is demum ipsis beneficij secum agere uidetur, non qui necessaria suppeditat, sed qui non aspere acerbeque increpitos à se dimittit Sunt eorum complures, qui, tantum abest ut pudore calamitatis a frequentia feriarumue celebritate arceantur, ut contra ad illas præcipue ui necessitatis cogi festinent, illas duo populares ferias, publica religione consecratas quas nos ipsi pro animarū curatione excogitauimus, cum uel gratia alicuius mysterij conuenimus, uel martyrum celebraturi solemnia, ut quorum certamina uenceramur, eorundem etiam pietatem discamus imitari. Si uero cum homine quidem sint, pudore tamen deterriti calamitatis in quam recidere, cæterorum hominum horrent consortia, et qui magnopere cupiebant uel in montibus uel in præruptis locis aut sylui, postremo etiam in nocte et tenebris

delitiscere, in mediasq; tamen turbas sese proijciunt, pondus planè miserabile, et multis lachrymis prosequ
Nec sanè id à nostris rationibus abhorret, quod propriè infirmitatis nos admonent, suadentque nul
sentium iussibiliumque rerum, tanquam quæ aliquid stabilitatis habeant, mentem animumque adij
pimt uero quidam desyderio humanæ uocis audiendæ, alij, ut hominum diu expetito aspectu frui p
Alij etiam ut ab his qui in delitijs uitam ducunt, pro reliquio uitæ sibi ipsis quippiam uitatis in
Omnes uero ut luctum suum in publicum proferentes, uel hac saltem ratione, leniore tolle
efficiant. Quis illorum lamentis non frangatur, concentu miserabili resonantibus? quis audit
uocis ferat? Quis oculus talè spectaculum sustinere possit? Decumbunt quidam ipsorum simul, m
à morbo consopiti atque coniuncti, ut dum unus quisque eam qua laborat partem morbi conse
in medium, hac ueluti totius summa, omnes sint miserabiles, fitque hoc pacto alius alij additamentu
infirmitatis. Singuli illi quidem ob uim morbi miserabiles, longè tamen miserabiliores coniuncta
omnium infirmitate. Circumstat ipsos admixtim theatrum omne, condolentium quidem, sed momen
to temporis tantum, proueluuntur ad pedes omnium, sole, puluere, interdum etiam asperrimis frì
goribus, pluuijs et uentorum uiolentia crudeliter afflicti, sarcinosq; ea tantum de causa à transeun
tibus non conculcantur, quod illos uel paululum etiam tangere perhorrescamus. Sacris carmì
nibus in templo æquè respondet obseruantium luctus, æmulusque diuinis uocibus fletus misera
bilis excitatur. Quid uero nobis diem festum cum lætitia celebrantibus, senum omnium illarum
calamitatum explorem? utique lachrymas expressimus, si diligenter omnem tragœdiam recitatæ
uoluerim, uinciturque ab ipso affectu festi lætitia. Hæc autem ideo dico, quod nobis suadere nequeã
quod honoratior interdum sit uoluptate tristitia, et lacte populi celebritate mœror et afflictio
reprehensibilique risu laudabilis lachryma. Isti uero, quæ diximus et longè grauiora patiuntur.
Et si id minimè uelitis, secundum deum tamen fratres nostri, eandem nobiscum sortiti naturam,
ex eodem luto compositi ex quo nos quoque ab initio formati sumus, ossibus neruisque compacti
non secus atque nos, et æque omnibus pelle et carnibus uestiti, ut diuinus quidam in loco aut
Iob, qui dum inter dolores philosopharetur, asseruabatur id quod in nobis externis apparet
Et si quidam mauis ipse quæ dixerimus addere libet, qui eandem quam nos diuinam sortiti
imaginem, fortè etiam diligentius quam nos, licet putrefacto corpori, illam custodierint.

Qui secundum interiorem hominem eundem Christum induerunt, et quibus idem pignus spiritus quod nobis creditum est, qui eorundem nobiscum participes sunt, sermonū, legum, testamentorum, mysteriorum et spei, pro quibus æque ac pro nobis Christus mortuus est, qui ex universo orbe peccatum tulit, hæredes simul futuri cœlestis vitæ, licet eam quæ hic est infeliciter agere videantur consepulti cum Christo, cumipsóque excitandi, siquidem simul patiuntur ut simul etiam gloriam assequantur. Quid vero nos qui nouū magnumq; nomen hereditarium habemus, ut a Christo cognominemur, gens sancta, regium sacerdotium, excellens clarusque populus, æmulator et bonorum et salutarium operum, christi discipuli, qui ea fuit mansuetudine atque humanitate, ut infirmitates nostras ipse portarit. Qui humiliauit semetipsum usque ad commissionem hanc nostram, pauper effectus usque ad carnis et lutei huius sæ tabernaculi susceptionem, nostri gratia langoribus doloribusq; vexatus, ut nos diuinitate acceptæ diuites efficeremur. Nos inquam quid acturi sumus? quid cogitaturi cum tale tatumq; exemplar cōmiserationis ab ipso accepimus? Denelinquemus vclut mortuos, vclut contaminatos, vclut efferatas bestias atque serpentes? Nequaquam fratres nequaquam. Nequæ enim id nos decet, qui grex Christi simus pastoris optimi, qui quod errauerat reuocauit, quæsuit quod perierat, quod infirmū erat solidauit stabiliuitque, Sed neque id hominis naturam condecet, quæ legem accepit misericordiæ, docta pietatem atque humanitatem experimento propriæ infirmitatis. Enimuero miseri isti sub dio affligūntur cum nos superbe interim magnificeque edificata palatia habitemus. Florent omnia lapidum varietate, argento auroque splendent, dispositione minutorum lapillorum distincta atq; constrata, adduta insuper multiplicis picturæ varietate, quæ omnia sunt oculorum deceptoria blandimenta, et ædes quidem eiusmodi alias habitamus edificamus vero alias. Sed quibusnam rogo? non legitimis fortasse hæredibus, sed alienis omnino atque extraneis, et eiusmodi qui nulla nos benevolentia aut, quod postremum infelicitatis est, summa etiam inuidia atque odio prosequuntur. Pauperes istimum attritis lacerisque centonibus algore concutiuntur, quibus nec illi fortasse pro necessitate supperere possunt. Nos autem nosmetipsos molliter delicateque fouemus molli veste et undequaque fluenti, ex tenui lino vel aereis serum texturis.

quibus tantum abest ut decoremur, ut nos prorsus inquinent atque dehonestent. Sic enim de omnibus dicendum est, quæ superuacua sunt et curæ superflua. Quædam uero (quæ uana atque inutilis est) intus apud nos recondita latent, tinearum, uel saltem temporis epulæ uniuersa deuorantis, nec pro necessitate quidem suppetunt cibi, O nostras delicias. O miserias ipsorum. Iacent fa-
ctæ uanuas nostras membris omnibus destituti, ut nec in absumpto corpore relictæ facultas, prorsus amissa uocè, ut nec saltem illis liberum sit ingemiscere et lamentis quas supplices porrigant, carent pedibus, ut nec ad eos qui diuitijs abundant, possint postremo etiam deficit spiritus ut nec emulatus quidem protrahere possint. Porro solis oculis habent, quod illis careant, nec propriam calamitatem cogantur intueri. Sicque (quod grauissimum omnium malorum est, illud leuissimum opinantur. Et hi quidem hoc pacto. Nos uero splendide splendidè decumbimus, inuoluti superfluis stragulis, et quæ præ tenuitate uix attrectari possunt
aegre ferentibus sinu nostrum solum obsecrantium audiremus. Olet pauimentum floribus, plerumq; etiam alieno anni tempore, et, ut magis magisque nos ipsos effœminemus, mensa unguentis aspergitur odoratissimis potissimè longèque pretiosissimis. Assistunt interim serui, alij quidem ornatu nariò immissis crinibus calamistrati, cæsariè circa faciem artificiosè compo-
sita, et longè ornatiores quam luxuria marcescentibus oculis expediat, alij uero summis digitis calicem tenent, quam fieri potest artificiosè atque decenter illos porrigentes. Sunt et qui imminentes capiti, uentilabro ueros uentos imitari conantur, obæstatemque corpo-
rum, manu prouocatis auris delicatè refrigerant. Complentur interea carnibus mensæ, quas large et affluenter omnia nobis elementa suppeditant, aer, terra, aqua, ut nos penè suffocent structorum coquorumque artificiosa condimenta, sitque inter omnes certamen, quis præcipuè, aiudo nobisque prato uentri molliis morem gerat et blandiatur, cuius omnium mox ab ortu ita pernicosum est, ut omnium malorum causam atque originem esse con-
stet. Fera infidelissima et penitus inexplebilis, quam paulopost periisse necesse est cum omnibus quos absumpserit deuorauitque cibis. Pauperibus istis summa saturitas est. pauxillum aquæ. nobis uero uini cratera usque ad ebrietatem, et, si qui intemperatiores sunt, etiam ultra ebrietatem ~~propinant~~ miscentur. Et hanc quidem uini speciem morosi spernimus, aliam uero olentem suauius et longè gratiorem iudicamus, de alia porro disserimus philosophio

more, hic uero maximi detrimenti instar est, si non simul cum indigena uino adsit et externum
aliquod ex celebratis illis et multi nominis, quod sit inter cætera uti rex atque tyrannus. Oportet
nos nanque etiam ultra necessitatem delicatos uel esse uel haberi, tanquam nos pudeat si non
uiciosi habeamur uentrisque mancipia et eorum quæ uentri proxime adhærent. Ut quid hæc
rogo fratres et amici! cur et nos animi morbo laboramus, et illo quidem longe difficiliore quã
sit illa grauissima corporis pestis! quod illa quidem, satis scio, inuitis nobis hæc autem nolentibus atq;
prudentibus consueuit accidere. Illa dissoluto corpore et ipsa soluitur, hæc uero nobis etiam hinc
discedentibus, nobiscum est discessura, ut illa prorsus miseratione digna sit, hæc autem, si quis
recte intelligat, odio summopere persequenda. Cur igitur non opitulamur naturæ! Cur
cum et nos caro simus opprobrium carnis non operimus! Quid inter fratrum calamitates
affluimus deliciis! Mihi certe non contingat ut diuitijs abundem fratribus meis indigentibus.
neque ut recte ualeam ni paratus sim medicamentum afferre illorum uulneribus, non,
necessarium habere cibum, non indumenta, non sub tecto quiescere, nisi et panem indigentibus
porrigam, et quoad nostrum fieri potest uestimenta communicem, et sub tecto quiescere facia.
Melius autem uniuersa apud Christum recondenda sint, ut in humeros uicem tollentes
succincti leuesque, legitime ipsum sequi possimus, nec deorsum tracti pondere aliquo, ad super-
cœlestem mundum subuolare, et pro terrenis omnibus lucremur Christum, humilitate excelsi
diuitis paupertate, aut certe quod habemus, communi cum Christo habeamus. Sic nanque
euenict ut quodcunque habuerimus, propterea quod honeste id iusteque habeamus, quodque
alij bonorum nostrorũ participes sint, ea omnia sacra sanctaque fieri. Quod si mihi obliste-
scere uolucro, seminarim ego quidem, sed alij comedant. Et, ut uersus uerba Iob i medũ
adducam, mihi pro tritico germinet urtica, pro ordeo rubus, absumat ea aduersus me
et grando laborem meos auferat, ut frustra incassumque laborarim. Quod si horrea edifi-
carem, ex mammona, mamonæ thesauros congregans, hac nocte reposcetur à me
anima, de illis ipsis rationem redditura quæ pessime congregasset. Non igitur uel stro
modestiam amplexamur! Non abijcimus hunc qui nos occupat stuporem, ne sollicitudine
curaque dicamur in nullius precij rebus. Non saltem quæ hominis sunt cogitamus! Non
alienis malis edocti ad rectiorem normam nostra dirigimus! Natura quidem nihil
apud homines firmum, nihil æquabile, nihil sibi sufficiens, nec, quod diutius in eodem

rerum statu perseueret, sed circulus quidam rerum nostrarum obuoluitur, modoque die, plerum-
ctum una hora, aliasque subindeque alias mutationes afferens. Vt longe magis mobilibus ge-
confidere possimus, aut nauigiorum uestigijs fluctus secantium, nocturnisque deco-
somnijs, quorum lactitia momento temporis durat, uel his quae ludendo pueri in
consuescerunt, quam secundae hominum fortunae atque prosperitati. Illi uero
qui, quod nihil praesentibus confidant, in futurum sibi congregauere diuitias, qui cum
instabilem incertamque perspiciant, rerum illud bonum quod nunquam exciderit amplectun-
unum ex tribus lucraturi, uel ut nunquam successibus careant, siquidem ordo bonis istis re-
pies afficit summa diuinitas, ut sui bonitate ostensa, uicissim illos ad misericordiam pro-
Vel si aliquid aduersi patuntur, cum nullius sceleris sibi conscij sint, quicquid acciderit, diuina
quadam et sibi incognita dispensatione id se pati confidant. Postremo ut uelut sibi debitam
humanitatem reposcere possint ob ijs qui in prosperitate sunt, quam et ipsi dum se totos prae-
rent indigentibus, abunde exhibuerunt. Ne gloietur, inquit, sapiens in sapientia sua, neque in opu-
lentia diues, nec potens in fortitudine, et si ad necticem cuncti uidebimur, ille quidem sapientia,
opulentia uero alter, postremus autem potestate. Ego certe et qui consequentia sunt adijciam.
Nec rerum gestarum splendore nobilis, in gloria. Nec robustus in corporis agilitate, nec formo-
sus in pulchritudine, nec iuuenis in flore etatis et gratia. Et, ut simul uniuersa comprehen-
dam, qui rebus illis tumidus inuidit, quae apud nos prima haberi consueuere, nihil eo nomine
gloietur. In eo igitur tantum gloriari licet, si deum exquirit, si recte illi conuenit cui deo.
Si aduersa patientium miseretur, postremo, si futura prospiciens, sibi ipsi bona aliqua congregat
et reponit. Haec namque fluxilia sunt et temporaria, et, uelut in calculorum ludo, ad alios subindeque
ad alios transferuntur et migrant. Nec cuiusquam aliquid ita propria est, ut uel tempore amitti
uel inuidia transmutari nequeat. Illa uero firma et perdurantia sunt, nec cedunt aliquando nec
huc illuc ue transeunt, eos qui sibi credidere fallentia atque decipientia. Rationi quidem consen-
taneae factum esse uidetur, ut nihil praesentium bonorum fidele hominibus aut diuturnum
perseuerit. Et si quicquam aliud, hoc potissimum ab artifice uerbo, omnemque intellectum
excedente sapientia sapienter statutum ordinatumque est, ut silicet a uisibilibus deludamur
quae alio cursusque alio migrant, sursum deorsumque agitantur et circumuoluuntur, postremo

antequam retineri possint rapiente ab oculis aufugunt et euanescunt, ut eorum uarietate instabi-
liter, motu ad futura bona toto impetu feramur. Quid enim faceremus si prospera esset
nobis stabilis esset atque diuturna, quando, cum adeo inconstans incertaq; sit, tam tenaciter nos
ipsos sibi copulauit atque deuinxit, eoque pacto tanquam seruos et subiectos opprimit præsen-
tium bonorum uoluptas atque deceptio, ut nihil aut melius aut excellentius reputare ualeamus.
Et hæc quidem patimur, licet audierimus ad eam dei similitudinem nos factos esse, quæ in su-
pernis est, quæque ad se nos attrahere immutare et promouere non cessat. Quis sapiens et
intelliget hæc? Quis cursu aufugientia bona præterit, et permanentibus adhæret? Quis de
his quæ uidet uelut de transeuntibus, quis de his quæ sperat tanquam de permanentibus
cogitat? Quis inter apparentia existentiaque distinguit? et illa quidem contemnit hæc aut
sequitur? Quis inter picturam et ueritatem, quis inter terrestre tabernaculum celestemque
ciuitatem, inter peregrinationem, habitationemq; stabilem atque perpetuam, quis inter lucem
et tenebras, quis inter cœnosam uoraginem et terram sanctam, quis inter carnem et spiri-
tum, quis inter deum et principem huius mundi, quis inter umbram mortis uitamque
sempiternam? Quis præsentibus futura mercabitur? quis fluxilibus diuitiis, eas quæ per-
ire nequeunt? Quis uisibilibus inuisibilia? Beatus certe qui inter hæc recte diiudicat,
quique gladio rationis, qui sanum a putrescente diuidit, ascensiones in corde suo disposuit, ut
diuinus quodam in loco Dauid dixit. Et uallem hanc lachrymarum fugiens, quo ad eius
fieri potest, inquit ecclesiam. Qui mundo huic cum Christo crucifixus, simul cum Christo
resurgit, cum Christo ascendit in cœlum, hæres effectus, nec fallacis nec demergi defici-
entis uitæ. In qua non amplius serpens erit qui in uia mordeat qui transeuntis obserue-
ntis uitæ. In qua non amplius serpens erit qui in uia mordeat qui transeuntis obserue-
tur calcaneum, cuiusque iudem caput obseruetur. Nobis autem cæteris ille bonus Dauid excla
mat, ut nocalissimus præco ex sublimi publicoque suggestu. Grauiter corde appellans et menda
diligentes, ne adeo uisibilia amplectamur, persuasumque nobis sit, nihil aliud quam saticta
potus et cibi, rerum sane corruptibilium, præsentem prosperitatem esse. Fortasis et hoc
ipsum beatus Moses intelligens et a uilibus istis apparentibusque bonis nos excitans.
Appropinquate inquit montibus sempiternis, surgite et proficiscere, quoniam hic no est requies
tua. Cui fere per omnia consentanee et eisdem pene uerbis dominus et saluator noster

locutus est. Et quidnam rogo inquiens? Surgite eamus hinc, non discipulos illos tantum, aut ex illo loco ubi eris discedere, ut fortasse quispiam opinari posset, sed assidue omnes quos discipulos ac terrestribusque ad coelos atq; coelestia uolens subrigere. Verbum igitur illud ian illic est requiem inquientes, aperta prorsus, quam nunc possidemus, opulentia in ea est, id solum huic nostro deputemus. Tedimamus eleemosynis animas assunt, pauperibus communicemus. Ut coelesti opulentia locupletes efficiamur. animae etiam portionem aliquam impartire, Non mundo solum sed deo etiam. quod spiritui dederis, eripe quaedam ex igne, amouè a flamma quae uniuersa haec infer Auser a tyranno quod domino credas, da parte, alijs quidem septem, praesenti filicet uita, octo, futurae indelicet, quae nos hinc exaptura est. Da illi parum a quo plurima habes, atq; uniuersa trade ei, qui tibi cuncta largitus est. Ne credas fieri posse, ut dei op. Max. largitio superet. Licet uniuersa quae habes dederis, et his quae habes superadderis etiam temetipsum. Deo enim se tradidisse accipere est. Siquidem omni quod attuleris plus semper est quod debes, nihilque quod tuum proprium sit dabis cum omnia habeas a deo. Et quemadmodum nemo est, qui terminos propria umbrae possit excedere, quocunque homo proficiscatur assidue concedentes atque praecedentes. Nec corporis molles supra caput extolli potest, cum illud assidue sit corpori suppositum. Sic nec donis nostris fieri potest ut deum superemus; nihil enim damus praeter illa quae eius sint, nec summam illius liberalitatem quimus transcendere. Considera unde tibi sit, ipsum esse, spirare, sapere, et, quod maximum est, deum cognoscere. Unde, quod speres regnum coelorum, aequam cum angelis dignitatem, speculationem sublimis illius gloriae, quam, nunc quidem in speculis et aenigmatis, tunc uero longe purgatius perfectiusque intuebimur. Filium dei fieri eiusdem cum Christo hereditatis participem audaciter dicam, deum etiam. Unde et a quo potissimum tibi haec sint uniuersa. Et, ut parua et quae uideri possunt enumerem. Quis tibi conflasset ut possis coeli pulchritudinem intueri? Solis cursum, lunae circuitus, stellarum multitudinem, aptum inter haec omnia et congruentem uelut in lyra concentum? Immotum omnium ordinem atque aequalitatem, temperatum uarietatis uicissitudinis temporum, annorum circuitus, aequam dierum noctiumque distributionem, germinationem terrae, aeris circumfluentiam, pelagi nunc fluctuantis nunc quiescentis amplitudinem, fluuiorum profunditates, defluxus uentorum? Quis agriculturam, pluuias, cibos, artes

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

domicilia, leges, ciuitatum moderationes, uitæ mansuetudinem tandem inter ~~proximas~~ necessarios habitationem? Vnde tibi est animalium quorundam mansuefacta iugum subierunt, alia uero in cibum sunt concessa? Quis te principem regemq; terrestrium omnium constituit? Quis, ne singula dicam, uniuersa donauit, quibus fretus homo cæteris animalibus præest? nonne ille qui pro omnibus præque omnibus his humanitatem sibi nunc à te repetit et requit? Et hic non erubescimus, si, cum tot tantaque à deo, partim accepimus, partim accepturos speremus, nec illud unum quidem quod à nobis tantoperè expetit, illi rependimus, ipsam uidelicet humanitatem? Cui uero ille quidem nos solos terrestrium a ferarum natura seiunxit, ratione nobilitatos. At uero contra peruersa mente nosmetipsos efferabimus, adeo deliciis corrupti uel insani potius (quando quid grauius dicam nescio) ut simulatque indigentibus placentulam aut furfuraceum panem auarè etiam et malignè tribuerimus, illico natura etiam nos melioris dignioresque illis esse opinemur. Et quemadmodum, ut aliquid de fabulis attingam, gigantum olim genus fuisse perhibent ad cæteros hominis collatum, sic et nos istis comparati excelsiores sumus supraque hominem. Vt Hembroth ille uel genus Enachim à quo olim Israel affligebatur. Illiue quorum gratia terra diluuio expurgata perhibetur. At uero ille non ignominiosum duxit patrem sui nostrum appellari, cum sit deus et dominus, nos autem, cum iis qui eodem genere nobis coniuncti sunt, cognationem denegabimus? Nequaquam fratres et amici, ne mali simus dispensatores eorum quæ nobis credita sunt. Hæc Petrum dicentem audiamus. Erubescat qui occupatis aliena, et dei æquabilitatem imitamini, et nemo erit pauper. Hæc alijs paupertate laborantibus, laboremus nos in congregando atque custodiendo. Acerbè minitantur seueréque hoc nobis imprecantur. Hinc quidem diuinus Amos his uerbis. Quando transibit ~~messis~~ mensis et congregabimus, et Sabbata, et aperiemus thesauros? et sequentia per quæ parua magnaque mensura utentibus dei iracundiam imminere ostendit. Inde uero Oseæ fortasse quidem cupiens easdem delicias resecare, tanquam ex sanctate contemptus et contumelia orientur. Lasciuire in lectis eburneis, et unguentorum pretiosis deliciis illinire, tenellis uitulis ex armento, et hœdis ex grege pinguescere, et plaudere ad uocem organorum, et (quod ijs maius est) quippiam horum stabile permanêque opinari. Cum fortasse neque hæc ipsa tam esse grauia opinarentur quam eos qui deliciis affluerent nihil compati in contritione Ioseph. Sed nanq; subdidit. Cum irrepleti nem et crapulam fuisset inuehus. Absit sanè ut ex nobis accidant, nec sic dedamur deliciis, ut diuinam spernamus humanitatem. Quæ etsi non consilium atque peccatum est extendisse poenam à delinquentibus exigit, quæ tamen eiusmodi sunt summopere odio habet. Imitemur primam illam supremamque dei legem, qui pluit super iustos et peccatores, et ut æque omnibus sol oriatur efficit, terram uero in immensum expandit ad æquam omnium terrestrium

et in ea ſyluas, perpetuoſ fonteſ et flumina, uolatili porro nature aeren prebuit, a
utam in aquis agere conſueuerunt. Principia porro causasque uiuendi abunde omn
ea poteſtati alicui ſubdita fecit, non arcanſcripta legibus, non terminis definita, quae
aequalia erant, haec ipsa et in communi uſum et affluenter omnibus conceſſit, atqu
nihil neceſſarium deſyderari poſſit, eadem donorum aequalitate donauit, ut in hac po
copiam atque diuitias propria bonitatis oſtenderet. Hominis uero aurum et argen
neſtibus molle atque ſuperuacuum eſt, ſplendentſ preterea lapillos et eius generis carie
ſeleratorum potiſſimumque tyrannidis causa extitere, abditis occluſisque locis obſeruare
tunc demum extollentes ſupercilia atque illorum miſereri abnuentſ, quos in cognato ſibi gene
dos eſſe conſpexerint, ut illorum neceſſitati ſubleuandae, nec ea ſaltem quae ſibi ſuperfluere
gizi. O ruditatem admirandam, O admirandam ſtoliditatem, O ſiniſtros mores, et ſi non aliud il
ſaltem non cogitantes, quod paupertas diuitiae et quas libertatem ſeruitutemque appellamus, quae
eiuſmodi nominibus cenſentur, uniuerſa poſteris in hominum genus, quemadmodum et morbi, ac
mul malitia ipsa irrupterunt, eiuſdemque excogitatione extitere. Non ſic, inquit, fuit ab initio, ſed
qui principio creauit hominem liberum reliquit et in proprij arbitrij poteſtate, qui ea tantum
lege contineretur, quae unico precepto illi impoſita fuit, affluentem deliciis, quas copioſe para
diſus ſubminiſtrabat. Decretum demum fuerat deo omnia uniuerſo generi hominum p
eius quem unicum ueluti ſeminarium creauerat, elargiri. Libertas autem et diuitiae praec
illius obſeruatio erant, aequae ut uera paupertas et ſeruitus illius tranſgreſſio. Ex quo autem
iniuriae, contentiones, et doloſa colubri tyrannis extitere, audaces temerariosque animos
aduerſus infirmiores ſuſcitantia, et blanditiis omnigenum uoluptatum ad ſe pertrahentia uni
uerſum genus hominum, tum demum miſerrimis illa humani generis conuinctio in uarias
alienasque nominum appellationes perniciose confuſa eſt, et generoſam illam naturae
indolem cupiditas et auaritia corrupere. Leges etiam tunc primum excogitatae ſunt, quae
preſumptae iam poteſtati auxiliarentur. Tu uero non diſuntionem iſtam poſteriorem
atque perniciosam, ſed priorem illam inter omnes aequabilitatem, legemque a Deo. op.
Max conditore latam, non ab eo qui nos peſſundedit atque deuiat, intuere. Opitulare
naturae quoad uis ſitu poteſt. Ampletere priſtinam libertatem. Vetere in alijs

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

Traduttione del Cardinale Ill.mo
Gregorio Cortese di sua mano propria